

162

LIBER

ram studio uincerent, semperq; paulum ad summam felicitatem defuisse uideretur, atq; ille latebris, aut syluis aut saltibus se eriperet, & noctu occultatus, alias regiones, parteisq; peteret, non maiore equitum praesidio, quam quatuor, quibus solis uitam suam committere audebat. Tali modo uastatis regionibus exercitum Caesar duarum cohortium damno Durocortum Rhemorum re ducit: concilioq; in eum locum Galliae indicto, de coniu ratione Senonum et Carnutum quaestionem habere insti tuit: & de Aecone, qui princeps eius consilij fuerat gra uiore sententia pronuntiata, more maioru, supplicium sumpsit. Nonnulli iudicium ueriti profugerunt, quibus cum aqua, atq; igni interdixisset, duas legiones ad fincis Treuirorum, duas in Lingonibus, sex reliquas in Seno num finibus Agendici in hybernis collocauit, frumen toq; exercitui prouiso, ut instituerat, in Italiam ad con uentus agendos profectus est.

44.  
Durocot  
rum opp.  
Conciliu  
Galliae to  
ritus.  
Aeconis  
suppliciu

Agendi  
cum opp.

Vid. infr. Glareani annotationes pag. 79-92

C. IULII CAESARIS COM  
MENTARIORVM DE BELLO GAL  
lico liber septimus.

Cap. I.



VIETA Gallia, Caesar, ut constitue rat, in Italiam ad conuentus agendos proficiscitur. ibi cognoscit de Clodij caede, de Senatusq; consulto certior factus, ut omnes Italia Iuniores con iurarent, delectu tota prouincia ha bere